



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Ad Christum si quis vult venire, necesse est vt eadem via qua Christus, ambulet, quæ est omnimoda propriæ voluntatis abnegatio. Epist. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

D. VI
16

Ad Christum si quis vult venire, in eam in qua nunc est gloria, necesse est ea via, qua Christum præcessit ambulet, hæc autem est omnimoda propria voluntatis abnegatio.

Epistola XIV.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
suo Bernardo charissimo filio, S.

Sola abnegatio fili mi sui, ducit ad Christum, ipso dicente: *Si quis post me vult venire abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quid ducat ad Christum. Sine perfecta abnegatione sui, nulla perficitur obedientia perfecta. Luc. 9. Ad obedientiam, ad sui abnegationem, ad sui relictionem (quæ nobilissima & vtilissima spiritualis vitæ sunt instrumenta) spectat, præcipua vitæ spiritualis instrumenta quæ sunt. propriam voluntatem omnino relinquere, proprium sensum contemnere, consilium proprium abijcere, nihil nisi quod superior tuus præscribit aut definit æstimare, de eius cõsilio nihil hæsitare, eius voluntati nihil præferre, contra eius iudicium nunquam disputare, eius iussa non discutere, mandatorum eius rationem non expetere, in obedientia non discernere, id est, ubi velis, ubi non velis obedire, non eligere, vtilitatem præcepti non discutere, sed obedientiæ meritum attendere, voluntatem iubentis etiam præuenire, quod causam habeat rationabilem iubens non ambigere. Itaque fili satage voluntatem propriam penitus abdicare. Cura vñ semper sub obedientia inueniaris. Nihil ex propria voluntate, sed quidd superioris arbitrio fuerit iustum, eligas, ita enim fiet, vt à peccato semper liber, in conscientia tranquillus, mundus, pacificus, & hilaris inueniaris. Ita exhibeas te magistro tuo, prælato & præfidenti, vt non timeant, sed audeant tibi dicere, quæ dicenda sunt: iubere quæ iubenda sunt: arguere, quæ arguenda sunt. Absit vt meritum & proficiendi occasionem tibi furripias, & eruditionis fructu te priues, ostēdes te impatientem, iracundum &c. vnde oporteat eruditorem tuum gere- re ea, ex quibus melior fieri deberas, ne efficiaris deterior. Vale.

Ut semper propria voluntatis abdicacioni studendum.

Ut is qui monasticum institutum concepit animo, opere per feruentem orationem ad Deum & suam operam perficere possit.

Epistola XV.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
Filio suo prædilecto Ioanni, Iesu Christi amicitiam exoptat.

Charissime fili, interea dum conuentus congregatus tractat, de tui receptione consultans, tu ad pedes Domini in abscondito loco te prosternas, orans Iesum per viscera misericordiæ suæ, vt quod per gratiæ suæ instinctum in te seminavit ad salutarem frugem perducatur. Hoc est, quemadmodum inspiravit tibi seruiendi sibi propositum, & vocavit ad hunc viuendi ordinem, animum tuum inclinando: ita tribuat suæ gratiæ, suæ vocationis tui desiderij & tuæ expecta-

Q 2 tionis